



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Speculu[m] officii misse expositorium

Johannes <de Lambsheim>

Heidelberg, 1495.06.29

De tractu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30862

lus veram facile penitentiam. nisi plene ad
deum conuertatur. Vocatur responsum. quia per
opera debemus raderi lecti et predicationi
Sessio sacerdotis infra gradum epistolam et al
leluia facit sessionem christi per triduum in medio
doctorum.

De tractu.

Temporibus luctui deputatis adiungitur
tractus qui copietur ex hoc. quia tunc est pondus
dus peccati. quod vix cum violentia tracti pertra
himur ad bonum. Ideo dicit sponsa. trabe
me post te quod sit operibus penitentiae. Tractus
facit lamentum penitentiae et repenitentiam captiuitate
babylonica et penitentis vite miseriam. Dul
te note multos designat labores. Plures
habet versus. quia per multa oportet hominem
ad penitentiam trahi ante quam peccatum destrua
tur. Oportet enim suspensum ab actu et volun
tate peccandi radices excidere. Consuetudines
peccati delere.

De alleluia.

Diximus supra quod perfectus virtutis qui in
gradali signatur. sicut ex parte difficultatis
penitentiae habet luctum. ita ex parte gustus dul
cedinis virtutis habet iubilum. Et ideo tempore
iocunditatis alleluia cantatur. quod facit spiritus
tualis exultationem. Vel significat futurum
gaudium quod penitentibus promittitur. quia scriptum
est. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Al
leluia est cantus leticie. et laus ineffabilis
signans affectum inexplicabilem et nulli cog
nitum mortali. Versus additur. quia opera lau
di debent coniungi. Alleluia repetitur. quia in
celo duplex scola speratur. anime et corporis. Te
pore vero paschali duplicatur. dupliciter facit
resurrectionem capitis et membrorum. Alleluia
ita interpretatur laudate deum. vel laudatio
domini. Augustinus dicit. alle. i. salua. lu. me. ia
domine. Hieronymus. alle. i. laudes. lu. dica
mus. ia. domino. Gregorius. alle. pater. lu. filius.
ia. spiritus sanctus. Item sic. Al id est
altissimus. le. leuatur. lu. lucebat apostolo
li. ia surrexit dominus. Quoniam vel loco

elus sequens. significat gaudium vite eter
ne. Inexplicabile. Sequentia choiri alteri
natim iubilat. significat quod iubilus eter
nus et ineffabilis erit communis homini
bus et angelis. Vel ut notet precordia cha
ritatis nos habere.

De euangelio sancto

Euangelium sonat bonum nuntium factum
per christum qui cepit facere et docere.
Ipsa est principalis christi instructio.
et sunt ipsius dulcissima verba. quibus nos
docuit. Diaconus librum accipit de altari
id est christo. petit benedictionem in signum
quod nullus debet predicare nisi missus. Duo
cerosferarij precedunt. quia predicatorum des
bent habere noticiam vtriusque testamenti
Unus ceruus iohannem significat bap
tista. Purificatio notat deuotionem quam
debemus habere in euangelio et oratio
ne. Premittens saluat populum. ut ipsum
reddat attentum dicens. Dominus vobis
scum. Legitur autem contra aquilonem. id est
contra diabolum et infideles. Vel quia per
ipsum peccatores vocantur ad penitentiam
de terrenis ad celestia. Legitur in latere
sinistro. quia iudei verba vite respuerunt.
Ideo conuertitur ad gentes per sinistra si
gnata. Item legitur in loco eminentio
ri. quia euangelio credentibus celestia pro
mittuntur. Et in signum quod ipsum sine erub
escencia est predicandum. Dicitur alte.
quia omnes alias excellit doctrinas. quia sunt
verba a christo prolata. Ad euangelium
stamus quasi pugnare parati pro euang
gelio et fide christi. Audis stamus capi
tibus. quia nuda nobis pronunciat ver
ritas. Et in signum quod mens nostra des
bet esse intenta et voluntaria ad audien
dum dei verba. Dignis tribus nos si
gnamus: qui sanctam trinitatem signi
ficant. Legens igitur euangelium vel au
diens signat frontem os et pectus. Fron
tem quidem. quia ibi est sedes verecundie
a iij